



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Feria tertia post S. Pentecosten

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

tus, ut diligatur Deus. Sicut ergo est una charitas, & duo præcepta, ita & unus Spiritus, & duo munera. Fili! cape tibi hoc, qui spiritum dividis, dum Deum te diligere asseris, & proximum ubique contemnis. *Qui vos spernit, me spernit.*

Instructio meritoria.

Petamus igitur Unionem cum Deo, & ut evidentiùs tribuat, coram Sanctissimo meditationem pro opportunitate temporis instituamus de Adventu Spiritus Sancti cum hymno: *Veni S. Spiritus &c.* & : *Te Deum Laudamus.* Addamus unam, alteramve cibi abstinentiam, quâ nostrum venerabimur Sponsum, & dulcem animæ hospitem. *Quotidie vobiscum sum: Et non cognovistis me? Quid impudentius? homo recordatur hominis: Cur non & supremi Domini?*

Feria III. post S. Pentecosten.

EXHORTATIUNCULA I.

O Verbum consolationis! *Ego sum ostium*, ait Christus ipse: *Per me si quis introierit, salvabitur.* Fili! utique

utique intrabimus? & ut oves mansuetæ, simplices & obediens sequamur Pastorem, ne fur veniat, nos mactet, & perdat. Jesu! salva nos! perimus!

Instructio meritoria.

Charitas benigna est. Ut peccatores jamjam de salute periclitantes, denuò revertantur ad gratiam Christi, *Litanias de omnibus Sanctis* devotè, & exemplariter recitemus, additò unò, vel alterò mortificationis actu in mensa exercendò. Beati mites, & misericordes, quoniam misericordiam consequentur.

II.

AH! quot fures! quot latrones nostræ insidiantur animæ. Et quid volunt, nisi ut furentur, mactent & perdant in cordibus nostris Deum cum modestiæ gravitate, & conversione morum? fili! & non cautè ambulemus? circumspeditione opus est, ne deviemus ab ovili Christi Jesu. Bonus Pastor vocat! sequere.

Instructio meritoria.

Cum eo ut perseveremus usque in finem, ut & in Christiana circumspeditione

ne

ne potenter superemus inimicos nostros, ab actibus sæculi nos hodie abalienemus, & lectioni spirituali erecto, ac libero corpore intendamus præmittentes hymnum: *Veni Sancte Spiritus!* & in fine subjungentes: *Te Deum Laudamus.* Vita circumspecta & recollecta Laus Dei magna.

III.

UNum est ovile, unus Pastor; quia una Ecclesia, & unum Caput. Sed en! quod sunt, qui illud despiciunt, & a bono pastore sponte aufugiunt? hæretici, apostatæ, & schismatici hi infelices sunt. Pro quorum reditu, & conversione quid statuimus?

Instructio meritoria.

Matrem amat? Jesum veneratur & colit? ne per hæresin passio Christi diutiùs pessumdetur, accedat mi fili! Ecclesiam, & *Psalmos graduales* pro sua pietate recitet, & versus quatuor mundi partes se vertens genuflectat, & cum affectu adorationis dicat: *Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.* Et hoc non sit ho-

nora

norare, & consolari Matrem? hoc non
fit, misereri fratrum?

Festum Sanctissimæ, ac Indi-
viduæ Trinitatis.

EXHORTATIUNCULA I.

SCit, quanta sint beneficia Creationis,
Redemptionis, Sanctificationis, &
Vocationis. Et his quid debet? se to-
rum. Reddat ergò, quod debet toti SS.
Trinitati. Solvamus! hæc dies est gra-
titudinis nostræ.

Instructio meritoria.

In aliqualem tantæ Bonitatis satis-
factionem oremus 12. *Pater & Ave*
cum *Te Deum Laudamus*. Jungamus
& tres actus heroicis abstinentiæ, qui-
bûs nostrum probemus amorem SS.
Trinitati. Deus! quod habemus per-
te, tibi denuò reddimus.

II.

INquirere de SS. Trinitate, perversa
curiositas est: Credere, & tenere,
sicut sancta tenet Ecclesia, fides, & secu-
ritas est. Videre autem eam, sicuti est,
summa, & perfecta felicitas est. Chare!
non